

Fait divers à Formies – p. 58

Rem atrocem audiui. Larcus Macedo, vir praetorius, a servis suis passus est. Est superbus dominus et saevus, et qui non meminit patrem suum servisse. Lavabatur in villa Formiana. Repente eum servi circumstant. Alius fauces invadit, alius os verberat, alius pectus et ventrem, atque etiam verenda contundit. Cum putarent eum exanimem esse, abiciunt in pavementum, ut experirentur an viveret. Dominus, immobilis et extentus, fidem peractae mortis implevit. Tum demum effertur. Veniunt servi fideles, concubinae cum clamore concurrunt. Ita vocibus excitatus, sublatis oculis, vivere se confitetur. Fugiunt pessimi servi ; eorum magna pars comprehensa est, ceteri requiruntur. Ipse paucis post diebus decessit.

PLINE LE JEUNE, Lettres, III, 14 (remanié).